

1182 capellas, de licentia tamen ~~de~~ diocesani episcopi, consecrare fecit et in omnibus honeste tractavit. Post haec instante iam prefato termino cum legatis imperatoris episcopus Boemiam ingreditur et assumptis secum abbatibus et canonicis Pragensibus ad curiam progreditur. Quid moror? Venit dies, in qua presidente serenissimo imperatore Friderico causam intrat episcopus cum duce Friderico coram principibus Austrii imperii. Advocatus episcopi erat marchio nomine Dedo¹, vir eloquentissimus, qui pro episcopo agens contra ducem dum multas ab eo expositulares iniurias, fertur ille ^{ita} respondisse per procuratorem suum: Cum sit, inquit, omnibus notum Pragensem episcopum meum fore capellanum, sicut omnes predecessores sui patrum et avorum meorum fuerunt capellani, decernite quæso, si liceat ei agere contra dominum suum, vel si teneat ex æquo respondere ^{et} capellano meo? Quod dictum statim ab omnibus contradictum, maxime ab archiepiscopis et episcopis decernentibus, quod Pragensis episcopus more Teutonicorum episcoporum ab omni subiectione ducis debeat esse liberrimus, soli tantum imperatore subiectus vel obnoxius, cuius impetii est princeps, cuius visitat curias, a quo suscipit sceptrum

1) Dedo v. Groitzff, Markgr. v. Leipsig.